247

solum inter homines hominem nasci· sed &iam ad inferna descendere· ut forte
a pompaei tanquam homo paratus in heremum inferni deduceret. atq; inde regres
sus opere consummato ascenderet ad patrem· Ibiq; plenius apud altare illud cae
leste purificaretur· ut carnes nostrae pignus quod secum euexerat. perpetua
puritate donaret· hic ergo est uerus dies propitiationis. cum propitiatus est ds ho
minibus. sicut & apostolus dicit· quō ds erat in xpo mundum reconcilians sibi· & ite
rum de xpo dicit· pacificans per sanguinem crucis suae· siue quae in caelo sunt. siue
quae in terra· Mandatur ergo in lege ut in die repropitiationis omnis populus hu
mili& animam suam· quomodo humiliat populus animam suam· Ipse dicit· ueni&
inquit dies cum auferetur ab eis sponsus & tunc ieiunabunt in illis diebus· plures
ergo aguntur dies festi secundum legem· est quidem solemnis dies in mense pri
mo· est & alius in secundo· sed in mense primo, alia solemnitas pasche· alia azi
morum· lic& coniuncta uideatur azimis paschae sollemnitas· principium &
enim azimorū ad finem pasche coniungitur· pascha autē ille solus dies appella
tur in quo agnus occidetur· Reliqui uero azimorū dies appellantur· sic enim
dicit facies sollemnitatem azimorum septem diebus· haec ergo est prima sollem
nitas· post hanc cum inquit demessueris messem tuam & congregaueris natiui
tates ex agro tuo facies diem festum· de initiis fructuū tuorum· qui dies est post
septem septimanas pasche· id est pentecosten· cum etiam dici iubetur & mun
daui scā de domo mea· post haec in septimo mense· aliae aguntur sollemnitates·
prima die mensis neomenia tubarum sicut dicit in psalmo· Tuba canite in initio
mensis· Decima uero dies septimi mensis ista est sollemnitas repropitiatio
nis· In hac sola die pontifex induitur omnibus pontificalibus uestimentis· tunc
induitur manifestationem & ueritatem· tunc ingreditur ad illa inaccessibi
lia quo semel in anno accedit· tantummodo id est in scā scōrum· semel enim in
anno populum pontifex derelinquens· ingreditur ad eum locum ubi est repro
piatorium & super propitiatorium cherubim ubi est archa testimonii & altare
incensi quo nulli introire fas est nisi pontifici soli· Si ergo consideremus uerū pon
tificem meum dnm ihm xpm· quomodo in carne quidem positus per totum annū
erat cū populo annum illum de quo ipse dicit· euangelizare pauperibus misit me.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen

Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0499